

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

XXXII.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

si modo pii pastores passim Ecclesiarum calamitate magis afficerentur. Possem & ego illa omnia contemnere, & fortassis majore cum dignitate & honore, quam multi alii, domi sedere, & Ecclesiarum mala spectare, sed vidi, quid futurum esset, nisi certaminibus illis modus aliquando statueretur. Ideoque non modo valetudinem, sed vitam etiam meam paratus fui impendere, modo hujus offendiculi magnitudinem vel saltem aliqua ex parte mitigare possem. Incrementum est Domini, cui tecum negotium commisi, facturus omnia, quae salus Ecclesiarum à me exiget, & ego per gratiam Dei praestare poterò. Qua de re, si nondum accepisti propedem & meas & D. D. Wilhelmi literas accipies. Civem nostrum T. pietati commendo, quem puto vobis notum esse, & intelliges ex M. Piscatorio, esse bonum virum. Si ergo ejus filium juvare poteris, & facias, oro. Et per eundem rescribes. Cum nostrum Consilium legeris, scio tibi probarum iri; loquor de communi Concordiae negotio, id ut tibi cordi sit, oro. Nec ego patior me infinitis calumniis deterretur. Negotium arduum & salutare est, ideo non miror Satanæ furores, quem Dominus competere potest, & nos precibus nostris negotium promovebimus. Bene & feliciter vobis. Raptim Tubingae, 6. Februarii, 1571. Honestissimam tuam mea uxor reverenter salutat. Salutabis & tu Sacrum vestrum Collegium meo nomine reverenter & diligenter.

Tuus ex animo ut semper,

Jacobus Andreae, D.

XXXII.

Salutem in Christo. Reverende & Clarissime

Vir, Domine & frater charissime.

TRansmiserunt nuper ad te D. D. Theologi Stutgardiani scriptum, cui tamen mea Epistola ad Ecclesias non fuit addita, quibus transmittendum erat. Hanc nunc mitto & oro, ut patiaris tibi negotium esse cordi, quod matura deliberatione & consilio est susceptum. Poteris autem tu etiam privatis tuis literis scribere ad omnes vicinas Ecclesias. Maxime verò ad Ducis Wolffgangi, piæ memoriæ, Ducis Johannis Georgii, & Ducis Reichardi Theologos. Et optandum esset, non unum nomine omnium, sed quam plurimos Superintendentes subscribere. Nos in Ducatu Württembergensi ita adornavimus, ut Facultatis Theologiæ Professores omnes nominatim, sic & Abbates, Superintendentes Generales & Speciales omnes subscribant. Hæc res auctoritatem habebit apud plurimos. In primis verò Pontificios terrebunt, qui sine

sine vociferantur, ne duos quidem Pastores in omnibus articulis Confessionis Augustinæ consentire. Quorum vanitatem refutabimus plurimorum testimonio, & multos pios confirmabimus, quorum fides propemodum est labefactata. Ego interim dum hoc perficio, patienter feram injurias & contumelias Heshusii & Wittenbergensium. Dominus & Ecclesia aliquando meæ innocentiae perhibebunt testimonium. Bene & feliciter Vale. Raptim Tubingæ Calendis Martii, 1571. Collegas tuos omnes meo nomine reverenter salutabis. Iterum Vale.

Maturabis quæso negotium, quantum potes, mora enim etiam levis cum periculo videtur esse conjuncta.

Tuus ex animo semper

Jacobus Andreae, D.



XXXIII.

Gnad und Frid/ von Gott dem Vatter/ und seinem Sohn Jesu Christo / sampt der gemeinschaft des Heiligen Geistes/ Ehrwürdige/ würdige/ Hoch und wolgelehrte/ Liebe Herren und Brüeder.

Es ist euch zweifels ohn in frischer gedächtnis / welcher gestalt des verwichenen 68. ten Jars/ Ich Articulos auff's ainsältigst begriffen/ von den Puncten / welche von etliche n Theologis, so der Augspurgischen Confession verwand/ ein zeitlang disputirt und controvertirt worden/ nemlich 1. De Justificatione fidei, 2. De bonis operibus, 3. De Libero Arbitrio, 4. De Adiaphoris, 5. De ecena Domini. Welche ich guetlicher mairung nicht dergestalt verzeichnet/ der Kirchen Gottes hiemit zu præscribiren/ oder in gedachten Controversiis zu decidiren/ sonder dahin gesehen / daß man durch unterschreibung gedachter Articul/ oder sonst durch lautere Erklärung/ auff der selben Inhalt des Consensus in rainer Christlicher Lehr/ von den Theologis, so bey der selben bisher durch Gottes gnad geblieben/ ein zeugnis haben möchte. Keines wegs aber mein vorhaben gewesen/ die wenigste corruptel derselben mit diesen Articuln zube menschen/ oder fort zu treiben.

Da nuhn gemeldte Articul Ich den dienern der Kirchen Christi/ in Oberdeutschland und Schwaben / zukommen lassen / haben die Theologi solche Inen nicht mißfallen/ sonder sich zum thail mit unterschreibung derselben/ zum thail fensten mit Ihrer ausführlichen Erklärung so viel vernommen lassen/ daß sie von erzdten Puncten Christlicher Lehre kein andern Glauben und bekänntniß führen/ dann der Inhalt mehr gedachter Articul in sich eynsältig begreiffet/ dar auß dan n ferner offenbar/ daß alle selbige The-